Quelle: http://manuscripta.at/?ID=35138
Copyright: Brixen/Bressanone, Priesterseminar/Seminario Maggiore



de Sancto Rocho ad missam Introitus

Congratulemur omnes in Domino diem beati
Rochi commemorantes. in cuius commemo
ratione letantur angeli. plebs exultat. et angeli
dulcia dant cantica dicentes. Gloria tibi domine
qui talem diem in confessore elegisti Beati
immaculati in via. qui ambulant in lege
domini Gloria patri et filio sicut Collecta
Deus qui letaris in gloria sororum et tuentis
ad earum patrocinia confugientibus. fac per eiusdem
salutarem prestas effectum. concede plebi tue in
tercedente beato Rocho confessore tuo. ut alacriore
devotione. quam in suo corpore pro tui nominis gloria
passus est sit libera. et tuis nobis semper devota. Qui cum
filio tuo deo et spiritu Lectio libri Sapientie
Cum memoria in benedictione. Similem
illum fecit in gloria sanctorum. et magnificavit
eum in timore inimicorum. et in verbis suis
monstra placavit Glorificavit eum in
spectu regum. et dixit illum coram populo
et ostendit illi gloriam suam In fide et
lenitate ipsius sanctum fecit illum et elegit eum
ex omni carne Audivit eum voce ipsius
et induxit eum in nube Et dedit illi coram
preceptum et lege vite et discipline Graduale
Ubi beato Rocho sit honor et gloria et
nos te deprecantes apud deum celestem tuis
precibus a morbo epidimie salvos redde
Ipse quesumus beate confessor xpi ut apud deum
preces tue non sint vane et nos acerbitate
pestis contede ut in fine tecum in celis con
gratulemur Canticum Benedictus
Alleluia Ora pro nobis Rocho confessor xpi
quam magna apud deum sint merita tua
quibus tredio nos a morbo epidimie posse
liberari et acerbis temporis gradi Sequentia
Hic sancto ꝛc

149v